

# Anzeigeblatt für die Erzdiözese Freiburg.

Nº. 9.

Donnerstag, den 19. April

1906.

## Apostolische Schreiben über das Studium der Heiligen Schrift betreffend.

Nr. 4039. Wir bringen dem hochwürdigen Klerus nachstehende zwei Apostolische Schreiben Seiner Heiligkeit des Papstes Pius X. zur Kenntnis.

Freiburg, den 11. April 1906.

Erzbischöfliches Ordinariat.



## I. Litterae Apostolicae

de ratione Studiorum Sacrae Scripturæ in Seminariis Clericorum servanda.

d. d. 27. Martii 1906.

PIVS PP. X

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

 Uniam in re biblica tantum est hodie momenti, quantum fortasse nunquam antea, omnino necesse est, adolescentes clericos scientia Scripturarum imbui diligenter; ita nempe, ut non modo vim rationemque et doctrinam Bibliorum habeant ipsi perceptam et cognitam, sed etiam scite probeque possint et in divini verbi ministerio versari, et conscriptos Deo afflante libros ab oppugnationibus horum hominum defendere, qui quidquam divinitus traditum esse negant. Propterea in Litt. Encycl. *Providentissimus* recte decessor Noster illustris edixit: „Prima cura sit, ut in sacris Seminariis vel Academiis sic omnino tradantur divinae Litterae, quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas admonent“. In eamdem autem rem haec Nos, quae magnopere videntur profutura, praescribimus:

I. Sacrae Scripturae praeceptio, in quoque Seminario impertienda, ista complectatur oportet: primum, notiones de inspiratione praecipuas, canonem Bibliorum, textum primigenium potissimasque versiones, leges hermeneuticas; deinde historiam utriusque Testamenti; tum singulorum, pro cuiusque gravitate, Librorum analysis et exegesim.

II. Disciplinae bibicae curriculum in totidem annos partiendum est, quot annos debent alumni Ecclesiae intra Seminarii septa commorari ob sacrarum disciplinarum studia: ita ut, horum studiorum emenso spatio, quisque alumnus id curriculum integrum confecerit.

III. Magisteria Scripturae tradendae ita constituentur, quemadmodum cuiusque Seminarii conditio et facultates ferent: ubique tamen cavebitur, ut alumnis copia suppetat eas res percipiendi, quas ignorare sacerdoti non licet.

IV. Quum ex una parte fieri non possit, ut omnium Scripturarum accurata explicatio in schola detur, ex altera necesse sit omnes divinas Litteras sacerdoti esse aliquo pacto cognitas, praceptoris erit, peculiares et proprios habere tractatus seu *introductiones* in singulos Libros, eorumque historicam auctoritatem, si res postularerit, asserere, ac analysis tradere: qui tamen aliquanto plus, quam in ceteris, in eis Libris immorabitur ac Librorum partibus, quae graviores sunt.

V. Atque is ad Testamentum vetus quod attinet, fructum capiens ex iis rebus, quas recentiorum investigatio protulerit, seriem actarum rerum, quasque hebraeus populus cum aliis Orientalibus rationes habuit, edisseret; legem Moysi summatim exponet; potiora vaticinia explanabit.

VI. Praesertim curabit, ut in alumnis intelligentiam et studium Psalmorum, quos divino officio quotidie recitaturi sunt, excitet: nonnullosque Psalmos exempli causa interpretando, monstrabit, quemadmodum ipsi alumni suapte industria reliquos interpretentur.

VII. Quod vero ad novum Testamentum, presse dilucideque docebit, quatuor Evangelia quas habeant singula proprias tanquam notas, et quomodo authentica esse ostendantur; item totius evangelicae historiae complexionem, ac doctrinam in Epistolis ceterisque Libris comprehensam exponet.

VIII. Singularem quandam curam adhibebit in iis illustrandis utriusque Testamenti locis, qui ad fidem mores christianos pertinent.

IX. Illud semper, maxime vero in novi Testimenti expositione meminerit, suis se praexceptis conformare eos, qui postea voce et exemplo vitae erudire ad sempiternam salutem populum debeant. Igitur inter docendum commonefacere discipulos studebit, quae sit optima via Evangelii praedicandi: eosque ex occasione ad exequenda diligenter Christi Domini et Apostolorum praescripta alliciet.

X. Alumni, qui meliorem de se spem facient, hebraeo sermone et graeco biblico, atque etiam, quoad eius fieri possit, aliqua alia lingua semitica, ut syriaca aut araba, erunt excolendi. „Sacrae Scripturae magistris „necesse est atque theologos addebet, eas linguas cognitas habere, quibus libri canonici sunt primitus ab agiographis exarati, easdemque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad academicos „theologiae gradus aspirant. Atque etiam curandum, ut omnibus in Academiis de ceteris item antiquis linguis, „maxime semiticis, sint magisteria“. (Litt. Encycl. Providentissimus.)

XI. In Seminariis, quae iure gaudent academicos theologiae gradus conferendi, augeri pralectionum de Sacra Scriptura numerum; altiusque propterea generales specialesque pertractari quaestiones, ac bibicae vel archeologiae, vel geographiae, vel chronologiae, vel theologiae, itemque historiae exegesis plus temporis studiique tribui oportet.

XII. Peculiaris diligentia in id insumenda erit, ut secundum leges a Commissione Biblica editas, delecti alumni ad academicos Sacrae Scripturae gradus comparentur: quod quidem ad idoneos divinarum Litterarum magistros Seminariis quaerendos non parum valebit.

XIII. Doctor Sacrae Scripturae tradendae sanctum habebit, nunquam a communi doctrina ac Traditione Ecclesiae vel minimum discedere: utique vera scientiae huius incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negliget: idem eas duntaxat quaestiones tractandas suscipiet, quarum tractatio ad intelligentiam et defensionem Scripturarum conducat: de nique rationem magisterii sui ad eas normas diriget, prudentiae plenas, quae Litteris Encyclicis *Providentissimus* continentur.

XIV. Alumni aufem quod scholae pralectionibus ad hanc assequendam disciplinam deerit, privato labore suppleant oportet. Quum enim particulatum omnem enarrare Scripturam magister pree angustiis temporis non possit, privatim ipsi, certo ad hanc rem constituto spatio in dies singulos, veteris novique Testimenti attentam lectionem continuabunt; in quo optimum factu erit, breve aliquod adhiberi commentarium, quod opportune obscuriores locos illustret, difficiliores explicit.

XV. Alumni in disciplina bibica, ut in ceteris theologiae, quantum nimirum e scholae pralectionibus profecerint, periculum subeant, antequam ex una in aliam classem promoveri et sacris ordinibus initiari possint.

XVI. Omnibus in Academiis quisque, candidatus ad academicos theologiae gradus, quibusdam de Scriptura quaestionibus, ad *introductionem* historicam et criticam, itemque ad exegesim pertinentibus, respondebit; atque experimento probabit, satis se interpretationis gnarum ac hebreai sermonis graecique biblici scientem.

XVII. Hortandi erunt divinarum Litterarum studiosi, ut, praeter interpretes, bonos lectitent auctores, qui de rebus cum hac disciplina coniunctis tractant; ut de historia utriusque Testamenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, de itineribus et peregrinationibus Palestinensibus: ex quibus facile locorum morumque biblicorum notitiam imbibent.

XVIII. Huius rei gratia, dabitur pro facultatibus opera, ut modica conficiatur in quoque Seminario bibliotheca, ubi volumina id genus alumnis in promptu sint.

Haec volumus et iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXVII Martii anno MDCCCCVI. Pontificatus Nostri tertio.

A. Card Macchi.

## II. Litterae Apostolicae

de Academicis in Sacra Scriptura gradibus a Commissione Biblica conferendis.

d. d. 23. Februarii 1904.

PIUS PP. X  
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

**S**ACRIPTVRAE SANCTAE magis magisque in Clero promovere studium, conscientia Nos Apostolici officii in primis admonet hoc tempore, quum eum maxime divinae revelationis fideique fontem videmus ab intemperantia humanae rationis passim in discrimen adduci. Id ipsum quum intelligeret Noster fel. rec. decessor Leo XIII, non satis habuit deditisse anno MDCCCXCIII proprias de re biblica Encyclicas litteras *Providentissimus Deus*; nam paucis ante exitum mensibus, editis Apostolicis litteris *Vigilantiae*, peculiare instituit ex aliquot S. R. E. Cardinalibus pluribusque aliis doctis viris urbanum Consilium, quod, praelucente doctrina et traditione Ecclesiae, etiam progredientis eruditionis praesidia conferret ad legitimam exegesim biblicam, et simul catholicis praesto esset, tum ad adiuvanda ac dirigenda eorum in hoc genere studia, tum ad controversias, si quae inter ipsos extitissent, dirimendas.

Nos quidem, ut par est, praeciarum istud pontificalis providentiae monumentum a Decessore relictum, Nostris quoque curis et auctoritate complectimur. Quin etiam iam nunc, eiusdem Consilii seu *Commissionis* navitate confisi, ipsius operam in negotio, quod magni censemus esse momenti ad Scripturarum provehendum cultum, adhibere constituimus. Siquidem hoc volumus, certam suppeditare rationem, unde bona paretur copia magistrorum, qui gravitate et sinceritate doctrinae commendati, in scholis catholicis divinos interpretentur Libros. Huius rei gratia percommode profecto esset, quod etiam in votis Leonis fuisse novimus, proprium quoddam in Urbe Roma condere Athenaeum, altioribus magisteriis omniisque instrumento eruditionis biblicae ornatum, quo delecti undique adolescentes convenienter, scientia divinorum eloquiorum singulares evasuri. At quoniam eius perficiendae rei deest in praesens Nobis, non secus ac Decessori, facultas, quae quidem fore ut aliquando ex catholicorum liberalitate suppetat, spem bonam certamque habemus, interea quantum ratio temporum sinit, id, harum tenore litterarum, exsequi et efficere decrevimus.

Itaque, quod bonum salutareque sit, reique catholicae benevertat, Apostolica auctoritate Nostra, Academicos Prolytae et Doctoris in Sacrae Scripturae disciplina gradus instituimus, a Commissione Biblica conferendos ad eas leges quae infra scriptae sunt.

I. Nemo ad Academicos in Sacra Scriptura gradus assumatur, qui non sit ex alterutro ordine Cleri sacerdos; ac praeterea nisi Doctoratus in Sacra Theologia lauream, eamque in aliqua studiorum Universitate aut Athenaeo a Sede Apostolica adprobato, sit adeptus.

II. Candidati ad gradum vel prolytae vel doctoris in Sacra Scriptura, periculum doctrinae tum verbo tum scripto subeant: quibus autem de rebus id periculum faciendum fuerit, Commissio Biblica praestituet.

III. *Commissionis* erit explorandae candidatorum scientiae dare indices: qui minimum quinque sint iisque ex consultorum numero. Liceat tamen *Commissioni* id iudicum, prolytatu tantummodo, aliis idoneis viris aliquando delegare.

IV. Qui prolytatum in Sacra Scriptura petet, admitti ad periculum faciendum, statim ab accepta sacrae Theologiae laurea, poterit: qui vero doctoratum, admitti non poterit, nisi elapso post habitum prolytatum anno.

V. De doctrina examinanda candidati ad lauream in Sacra Scriptura, hoc nominatim cautum sit, ut candidatus certam thesim, quam ipse delegerit et *Commissio Biblica* probaverit, scribendo explicet, eamque postea in legitimo conventu Romae habendo recitatam ab impugnationibus censorum defendat.

Haec volumus, edicimus et statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus. — Restat, ut Venerabiles Fratres Episcopi ceterique sacrorum Antistites in suae quiske dioecesis utilitatem ex hisce statutis Nostris eum fructum quaerant, quem inde Nobis uberem pollicemur. Ideo, quos in suo Clero viderint singularibus Bibliorum studiis natos aptosque, ad promerenda etiam huius disciplinae insignia hortentur et adiuvent: insignitos porro habeant potiores, quibus in sacro Seminario Scripturarum magisterium committant.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die XXIII Februarii, festo S. Petri Damiani, an. MDCCCCIV, Pontificatus Nostri anno primo.

A. Card. Macchi.

---

### Sammlung für die durch die Ausbrüche des Besu Geschädigten betreffend.

Nr. 4097. An die hochwürdige Pfarrgeistlichkeit der Erzdiözese.

Die Apostolische Nuntiatur in München bittet dringend um Gaben für die durch die neuesten Ausbrüche des Besu Geschädigten.

Nachdem vor wenigen Monaten eine reiche Spende für die durch Erdbeben schwer heimgesuchten Calabrenen gesammelt wurde und in Rücksicht auf die vielen eigenen Bedürfnisse der Erzdiözese, für welche die Gläubigen in hoch anzuerkennender Bereitwilligkeit ihre Opfer darbringen, wage ich nicht, abermals eine allgemeine Kirchenkollekte anzuordnen.

Ich ersuche aber die hochwürdige Pfarrgeistlichkeit, ihren Pfarrangehörigen die Bereitwilligkeit auszusprechen, freiwillig dargebrachte Gaben für die heimgesuchten Orte in Empfang zu nehmen, und dieselben sodann innerhalb 3 Wochen an die Erzbischöfliche Kollektur dahier einzufinden.

Freiburg, den 16. April 1906.

† Thomas, Erzbischof.

---

### Kuraufenthalt für erholungsbedürftige Priester betreffend.

Nr. 4005. Wir geben der hochwürdigen Geistlichkeit davon Kenntnis, daß ein verdienter Priester unserer Erzdiözese durch Hingabe einer entsprechenden Summe an das St. Johannes-Stift in Zizers (Bistum Chur) für die Erzdiözese Freiburg die Berechtigung erworben hat, daß in genanntem Stift jedes Jahr ein „unbemittelter, würdiger und erholungsbedürftiger Priester“ auf die Dauer von 6 Wochen unentgeltliche Aufnahme findet. Nur geistige Getränke, Arzt und Medikamente fallen dem Nutznießer des Freiplatzes zur Last.

Die Benützung des Freiplatzes kann zu jeder Jahreszeit geschehen, muß jedoch 4 Wochen vor Beginn des Kuraufenthalts angemeldet werden.

Aufnahmesgesuche sind an den Hochwürdigsten Herrn Erzbischof zu richten.

Freiburg, den 11. April 1906.

Erzbischöfliches Ordinariat.

### Pfründeauschreiben.

Nächstehende Pfründe wird anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

**Bohlingen**, Dekanats Hegau, mit einem Einkommen von 988 M. außer 238 M. 85 R für Abhaltung von 216 gestifteten Jahrtagen, wovon 48 Jahrtage mit einer Gebühr von 49 M. 14 R auf der Pfründe selbst ruhen, und außer 24 M. 18 R für besondere kirchliche Verrichtungen und mit der Verbindlichkeit, für Pastoration des früher zur Pfarrei Bohlingen gehörigen Filials Bettmang an die Pfarrei Weiler jährlich 128 M. 58 R abzugeben. Dieser Betrag, sowie der vorgenannte Betrag von 49 M. 14 R, sind am Pfründeneinkommen schon in Abzug gebracht.

Die Bewerber um diese Pfründe haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten Bittgesuche um Verleihung innerhalb vier Wochen durch ihre vorgesetzten Dekanate an Seine Exzellenz den Hochwürdigsten Herrn Erzbischof zu richten.

---

### Pfründebesetzung.

Die kanonische Institution hat erhalten am:

1. April: August Graf, Pfarrverweser in Bietigheim, auf die Pfarrei Bietigheim.
- 

### Ernennungen.

Seine Exzellenz der Hochwürdigste Herr Erzbischof haben mit Urkunde vom 5. April I. J. den bisherigen Repetitor am Theologischen Konvikt Dr. Jakob Vilz zum Direktor dieser Anstalt ernannt.

Die Vornahme der Kirchenvisitationen in den Pfarreien Buchheim, Gutenstein, Hartheim, Haufen i. T., Heinstetten, Kreenheinstetten, Leibertingen, Schwenningen, Stetten a. f. M. und Vorndorf wurde dem Kammerer und Pfarrer Adolf Geßler in Engelswies übertragen.

---

### Resignationen.

Seine Exzellenz der Hochwürdigste Herr Erzbischof haben unter dem 5. April I. J. die Resignation des Pfarrers Ambros Hauck auf die Pfarrei Steinstadt, Dekanats Neuenburg, und des Pfarrers Wilhelm Tensi auf die Pfarrei Mindersdorf cum reservatione pensionis angenommen.

---

### Verteilungen.

2. April: Dr. Heinrich Straubinger, Vikar in Mannheim, obere Pfarrei, als Pfarrverweser nach Dettingen.
11. " Wilhelm Lehmann, Pfarrer in Neudorf, mit Absenz als Pfarrverweser nach Püllingen.
11. " Julius Meister, Pfarrer in Obersäckingen, mit Absenz als Pfarrverweser nach Karlsruhe, Liebfrauenpfarrei.
11. " Leopold Rothermel, Pfarrkurat in Sulzbach, als Pfarrverweser nach Neudorf.
11. " Albin Diet sche, Pfarrverweser in Ohlsbach, i. g. E. nach Görlwihl.
11. " Anton Volk, Pfarrverweser in Heiligkreuzsteinach, als Pfarrkurat nach Sulzbach.
11. " Gustav Adolf Walz, Pfarrverweser in Langenbrücken, i. g. E. nach Obersäckingen.

11. April: Franz Joseph Sackmann, Pfarrverweser in Schonach, i. g. E. nach Steinenthal.  
11. " Adalbert Haller, Vikar in Säckingen, als Pfarrkurat nach Heidelberg, St. Bonifatiuskirche.  
11. " Matthäus Fehrenbach, Vikar in Bonndorf, als Pfarrverweser nach Furtwangen.

### Sterbfall.

3. April: Emil Stern, resignierter Pfarrer von Neudorf, † in Philippsburg.

R. I. P.

### Mesnerdienst-Besetzung.

Als Mesner wurde von dem Erzbischöflichen Ordinariate bestätigt:

15. März: Taglöhner Gottfried Schöch als Mesner an der Filialkirche zu Kniebis.